tatē intus ſeruādo· cupiens nulli malū ꝑ malo reddere·inſup ⁊ in bono malū vicere Nō mihi ꝑſtare digneris· o bone Jeſu·qui ab humili virgīe mr̄e hodie in tēplo pn̄tat⁹ fuiſti· ⁊ a iuſto ac timorato viro Symeone in vlnis caritatis· cū gaudio ſuſceptus

De pſecutiōe Jeſu et fuga eius in egyptum

Benedico· ⁊ grās ago tibi dn̄e Jeſu chriſte rex regū altiſſime· ꝑ tua pſecutione ⁊ tribulatōe in puerili etate tibi facta·qn̄ a facie impijſſimi herodis regis fugiſti· ⁊ tanq̄ȝ exul ⁊ pegrin⁹ a ꝓpria pria ·cōpulſus es exire· ⁊ regioneȝ egypti latenter intrare· de q̄ olim filios iſrahel in manu potēti eduxiſti Laudo ⁊ glorifico te ꝑ laborioſa via illa·et lōga pegrinatōne·quā in terra aliena ꝑtuliſti·habitans ſeptē annoꝝ ſpatio inter barbaras nationes· ⁊ homīes tibi valde diſſimiles

O q̃ ſeua impietas·auctorē vite velle oc/
cidere·⁊ regem celi de ꝓpria patria velle ex
turbare·O quāte lachꝛyme fluerent·ſi q̃s
tam carum ⁊ pulchꝛuꝫ pueruluꝫ·cum ele/
gantiſſime foꝛme virgine matre·in ſecrete
noctis vmbꝛaculo fugere·et exire in terrā
quā non nouerant conſpexiſſet· Vere ſin/
gularis patientie eſt iſte pſecutionis arti
culus·et docet omnes xp̄i fideles multas
debere eos pſecutiones ab impijs pati·
Laudo ⁊ honoꝛifico te dn̄e Jeſu·pꝛo bea/
to illo reditu ex egypto·pꝛo iterata illa re/
meatione in patriā tuam·ꝓ ſociali inha/
bitatione cum parētibus tuis in ciuitate
nazareth·vbi cum amicis ⁊ ꝓpinquis in/
nocenter cōuerſatus es·ſed pauꝑem vitā
cuꝫ matre ⁊ ſctō Joſeph·dulci cōſoꝛtio du
xiſti·Cōcede mihi nunc amande Jeſu·vel
in tantillo hūc patiētie paſſuꝫ imitari·nō
murmurare aduerſus iniurias illatas·ſꝫ
humiliter cedere hoi irato·ſuſtinere ſi q̃s
irriſerit·aut detraxerit·aut in aliquo mihi

moleſtus fuerit· atq̧ ꝓ ſalute eius feruen-
ter intercedere: nec homī indignari· ſꝫ anti
quo ſerpēti: q̄ ipm̄ tēptauerit· totū potius
imputare· Da mihi pacē ſeruare cum fra
tribus meis· libenter obſequi illis· patien
terq̧ ferre cum ipis quācunq̧ penuriā in
tpalibus· ad tui nōis laudem

De ſanctis innocenti bus ab herode pro nomi ne Jeſu occiſis

Benedico ⁊ grās ago tibi dn̄e Je
ſu xp̄e· ſpes pupilloꝝ· gl̄a humiliū
et corona ſanctoꝝ oīm· ꝓ innocē
ti occiſione tot miliuꝫ pueroꝝ· ꝓ tui nōis
cauſa trucidatoꝝ· Laudo ⁊ glorifico te
ꝓ p̄mitijs martyrum· q̄s ſine crimine paſ
ſos· ab hoc ſeculo· mūdo corde ⁊ corpe ab
ire feciſti· donās ⁊ illis martirij meritū: q̄
necduꝫ rōis habebāt vſum· Adoro eq-
tatē tuoꝝ iuditioꝝ in oībus oꝑibus tuis